

QK. 326, 7

v. Uffel

Zf  
1890

VIRO JUVENI  
ET NATALIVM ANTIQVITATE GENEROSA ET  
VIRTVTVM GLORIA INSIGNI  
DOMINO  
CHRISTIANO HENRICO  
AVGVSTO AB VFFEL

DISCIPVLO ET CONTVBERNALI PER TRIENNIVM  
LECTISSIMO

CVM  
DISCESSVM AB ILLO PARARET  
ET MVNVS SACRVM IN PTOCHOTROPHEO  
QVOD EST PROPTER WALDHEIMAM

VOCATVS CAPESSERET

SE COMMENDAT INTIME DILIGENTISSI  
MEQVE

MAVRITIVS CHRISTIANVS ENGEL  
ARTIVM MAGISTER, ET SOCIETATIS LATINAE QVAE FLORET JENAE  
MEMBRVM HONORARIVM



FRIDERICOSTADII  
EX TYPOGRAPHEO HAGENMVLLERI



VIRI IUVENI  
ET PATRIAM ANTIQVITATE GENEROSA ET  
VIRTVM GLORIA INSIGNI  
D O M I N O  
CHRISTIANO PHILIPPO  
AVGVSTO

Συ φίλος μάλα χαιρε, Θεοι δε τοι ολβια δειν.

HOMER. Odyss.

DISCIPLINAM DE J. L. O. BARBART  
ET VIVENS SACRAM IN TIOCHOTOPHO  
QVOD EST PROPTER WALDHEIMAM

ET COMMENDAT IN TIME DILIGENTISSI  
MEMO  
MAVRITIVS CHRISTIANVS ENGEL  
AKTIVE MAGISTER, ET SOCIETATE LINGVAE GRAE ERMANNI LEHME  
MEMBERIA ASSOCIATIONIS

FRIDERICOSTADII  
EX TYPOGRAPHIA H. ROSENKRANTZII





pplicat mentes hominum profanis  
Pessime uotis, miserumque pectus  
Alligat curae uacuo labori

Copia rerum.

Saeculo talem furibunda quouis  
Ciuis assensum rapuere uota.  
Norma uotorum rabies, dolose

Corda fatigans.

Fallor? An patrum ueterisque Saecli  
Extitit concors studium? Tulitue  
Filium priscis uitiosorem

Junior aetas?

Vota maiorum uitiosa naues  
Ecce! scanderunt: Juuenisque nostro  
Auream nescit mediocritatem

Tempore proles.

A ij

Quae

Quae dedit calcar uitiiis parentum,  
 Ambitu coeco, studuisse laudi;  
 Haec nouas artes, noua suadet arma  
 Gloria nato. \*)

Quilibet uanis sequitur fugacem  
 Gloriam uotis, sibi promerendo  
 Nomen antiquum, fragili & uouendo  
 Pectus honori.

Dulcibus captos modulis parentes,  
 Artium felix nimium, uoluptas  
 Vicit; & nostro placitura reddens  
 Pabula nato.

Quot polus stellas, totidem uoluptas  
 Dira peruerfas socios per artes,  
 Sceptra ubi fulcit, numerat . tot illi  
 Semina partus.

Hunc iuuant cantus, choreaeque molles:  
 Et caua concha fruitur senectus;  
 Et coronato canit omnis aetas  
 Jubila Baccho.

Cui

\*) Gloriam interdum pro inani gloriae studio sumi, docet MANVTI-  
 vs, *Comm. in C. I. C. Familiar. VII. Epist. 13.*

Cui manus uictas, cytharaeque honores  
 Reddidit Flaccus: \*) stimulis iisdem  
 Fixus, in blando nemorum recessu  
 Oria captans.

Abstinet uotis, homini nefandis,  
 Candidum, purum, placidumque pectus  
 Talibus, sanae quibus obloquuntur  
 Gaudia mentis.

Corda comburunt trepido timore,  
 Quas opes flagras; prohibetur usus,  
 Ac eris pauper; reducesque curae  
 Viscera torquent.

Abstine uotis popularis aurae. \*\*)  
 Ridet indignos sapiens honores.  
 Scande per coelos! nouus atque uota  
 Tinget amaror.

A iij

Haecce

\*) HOR. L. I. Od. 18. it. OVID. Art. Am. L. I. v. 237. ff.

\*\*) Aurae uocem, non tam ad plebis inanem applausum, cupimus referendam, quam ad ejusdem ingenium, quo mox huc, mox illic propendet, & coeco quodam agitur impetu. Egregie igitur APPIANVS ALEXANDRINVS, L. III. B. Ciuil. p. 692. edit. Amst. 1670. 8: Ο δημοσ εσω ασαθμητον, ωσπερ εν θαλασση κυμα κινουμενον ο μεν ηλθεν, ο δ' απηληθε. Et DIO CHRYS-

Haece fors nulla est, spatioque paruo  
 Occubat coecis tenebris Achilles:  
 Mox rotas uersat, fugit atque cursu  
 Praepete splendor.

Funeris uirtus tacitaeque noctis  
 Inscios reddit. Series auorum  
 Nil iuuat; uirtus nisi cana fignet  
 Stemmata cana.

Quid uoluptatis sequimur ruinam?  
 Taedium & moeror comites adhaerent.  
 Qui uoluptatem fugit, hunc titillat  
 Vera uoluptas. \*)

Hinc procul Bacchi malesuada sacra!  
 Auream concham, cyathumque plenum  
 Mitte sectari. Latet anguis herba  
 Faucibus atrox.

Siste

sostomvs, Orat. XXXII. p. 368. edit. Morell. & Casaub. Lut.  
 1604. fol. ex ueteri Poëta:

— — — Δημοσ ἀσάτον κακόν  
 Καὶ θαλάσση πανθ' ὁμοίον ὑπ' ἀνεμου ἐπιζέται

\*) Sic MATTH. ZVERVVS, *Monosticho XIX: Vna uoluptatum con-*  
*temtio uera uoluptas.*

Siste feruentes animi ferocis  
 Impetus, quisquis cupias mouere  
 Largius Numen. Nocitura nobis  
 Vota negantur.

Nec licet curas sepelire uotis?  
 Ast licet! Desint modo uana cordi.  
 Suscitatur mentis rabies auaræ  
 Turgida uota.

Audiit pridem pia uota Numen:  
 Numen exaudit, faciliq; uultu  
 Eximit curis & adhuc sinistris  
 Aequa precantes.

Tale jam uotum mihi pectus urit,  
 Impetu coeco procul impiorum.  
 Exitus uotis tribuas secundos  
 Hinc, Deus, albis.

Sis mihi uerae columen salutis!  
 Pauperi dextram mihi redde diues!  
 Recrea mentem, pluuia; ut perustus  
 Ruris honores.

Nos doce uitæ spatium fugacis  
 Vt ier recte, dubiamque rite  
 Terminis clausos gyarisque fixis  
 Pendere fortem.

Gratia

Gratia adspirans, bonitate lenis,  
 Prosperet partes rationis omnes.  
 Muneri, Custos gregis atque Rector,  
 Confule Sacro!

Integer nostro fluat ore sermo:  
 Scilicet legum monitis tuarum  
 Semper innixus, bonus usus illis  
 Fundat honorem!

Sit pium, firmum ualidumque pectus:  
 Nemini durum, miseris apertum,  
 Hostibus nostris sed idem benignum,  
 Omnibus æquum!

Sufferam fortem bene praeparatus!  
 Nauta feruentis pelagi procellis  
 Cernitur; miles dubiis periclis,  
 Victor arena. \*)

Sed

\*) Haec ex THEODORETO hausi, Epist. LXXVIII. T. III. Opp. p. 949.  
 ita scribente: Ενεγκωμεν τοινυν γενναως τα προςπιπτοντα  
 λυπηρα. Εν τοις πολεμοις οι αριρευοντες δεικνυνται, εν τοις  
 αγωναις οι αθληται τεφανουνται, η της θαλαττης ζαλη δη-  
 λην ποιει του κυβερνητου την τεχνην, το πυρ τον χρυσον δο-  
 κιμαζει.



Sed mihi nullus numeros dicaui.  
 Hos TIBI Sacros uolui. Quid ergo  
 His meis uotis repleo, meisque  
 Carmina curis?

Praeco uotorum rediens, AMICE,  
 Vota persoluo TIBI destinata;  
 Antequam, raptus gremio, benigna  
 Limina linquam.

Tertiam messor repetens aristam,  
 Aream pandit, TVA quò uoluntas,  
 Nobilis uultus, iuuenisque uirtus  
 Pectora junxit.

Viximus nobis; geminisque Musis  
 Dulce, uirtutum gremio foueri:  
 Dulce, festiuam Latiis in oris  
 Quaerere frondem:

Gentis antiquae monumenta dulce;  
 Dulce, mutatas series utrique  
 Principum, & regni, patriaeque nostrae  
 Discere fata.

Carbo carboni focio fodales  
 Suggestit flammis: pariter calebas  
 Aemulus Musis, focio calente  
 Memet, AMICE!

B

Fertilis

Fertilis noströs animus labores,  
 Exerens laudes geniumque PATRIS,  
 Cui pärem fingis similemque natum,  
 Rite beauit.

Pelle nutritis, pia Musa, canae  
 Vota, jam primis agitata cunis, \*)  
 Altior nostram coquit & fatigat  
 Cura Camoenam:

Viue uirtuti; gradibusque primis  
 Scande supremum! caue, destinatam,  
 Gymnicis ludis bene praeparatus,  
 Perdere laurum.

Lege uirtutum, pietate claro  
 Hoc TVVM, laudi studuisse uerae.  
 Numini puram placuisse mentem  
 Sit TIBI curae!

Perge,

\*) Quae nutrices & mulierculae pro infantibus, recens natis, habuerint in uotis, false persequitur, & ad indolem ingenii PERSIVS, *Sat. II.* Quantum autem ex hac ipsa licet aestimare, PRIMVM erat uotum pro diuitiis, *coll. IUVEN. Sat. IX.* ALTERVM, pro forma, ut cum PLAVTO loquar, *ab unguiculo ad capillum summum festiuissima*, & potentia. TERTIVM pro felicitate, omnibus numeris absoluta. *Conf. CASAVB. ad PERS. p.*

Perge, praeclari generis tuendo  
 Stemmata, & longas series auorum:  
 Laudis antiquae penetrabis ergo  
 Limina sancta.

Dignus exemplo PATRIS & HERINGI,  
 Applica mentem gemino Parenti!  
 Aemula, & certans imitare magnum  
 Nomen HERINGI.

Scilicet calcar generosa Patrum  
 Facta, priscorum titulique auorum,  
 Admouent menti, meritisque natum  
 Stemmatis urgent. \*)

Afferant luces aquilae coloris  
 Candidi faustas, reuehatque claros  
 Cynthus soles! TVA nec retardent  
 Fila Sorores.

B ij

Vina

\*) Quantum uero tribuendum sit praecclarorum exemplo uirorum, in ef-  
 formandis augendisque ac promouendis iuuenum uirtutibus, te-  
 flis est EPICTETVS, Enchirid. C. LXXV: Ηδη ουν αξιωσον σε-  
 αυτον βιουιν ως τελειον και προκοπτοντα, και παν το βελ-  
 τισον φαινομενον εσω σοι νομος απαραβατος.

Zf 1890 OK

x 3684658

Vina sic laetus Genio litabo,  
Et tribus nodis, totidemque circlis  
Vota constringam, stabilita uerbis

Vatis HORATI: \*)

„Sis licet felix ubicunque mauis,  
„Et memor nostri, MEA CVRA, uiuas!  
„TEque nec laeuus uetet ire picus,  
„Nec uaga cornix!

\*) HORAT. L. III. Od. 27.

DRESDAE

A. N. C. clō lo cc LXII



VD 18

h.c.



Qk. 326, 7

v. Uffel

Zf  
1890

VIRO JUVENI  
 ET NATALIVM ANTIQVITATE GENEROSA ET  
 VIRTVTVM GLORIA INSIGNI  
 DOMINO  
 CHRISTIANO HENRICO  
 AVGVSTO AB VFFEL

PROGRIMO ET CONFIRMATIONALI PER TRIENNIVM  
 IO

LO PARARET  
 PTOCHOTROPHEO  
 WALDHEIMAM

SSERET

E DILIGENTISSI

IANVS ENGEL  
 ATINAE QVAE FLORET JENAE  
 RARIVM



TADII

HAGENMVLLEI

MECA  
 ANA

